



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118324

§. 14. Maulisonium a Fuxo Comite occupatum

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)

Sæcul. XV. que occasione opportune usus, illos ex
 A. C. 1449. tota Francia propulsavit.

§. XIV.

*Maulisonium a Fuxo Comite
 occupatum.*

*Caquin. hist.
 Franc.*

*Mo. Frelet.
 Vol. 3. c. 19.*

Interea Rex Fuxo Comiti Vaconiæ Re-
 gionis ad Pyrenæum usque extensæ,
 sui que exercitus imperium demandavit,
 administrationem vero per totum Re-
 gnum Dunensi Comiti reliquit, ea lege,
 ut quamprimum ambo in eodem loco
 conuenirent, eandem Connestabili cede-
 ret. Præterea Fuxo Comiti Carolus in
 mandatis dedit, ut omnes terras, quas
 Angli ad Pyrenæi radices tenerent, ar-
 mis infestaret, simulque Joanni Arrago-
 nio Navarræ Regi, ac Alphonfi Fratri
 aditum occluderet. Hic enim ic̄to cum
 Anglis foedere pollicitus est, se data qua-
 dam pecuniarum summa urbem Maulis-
 olensem, quæ eo tempore munitissima
 altissimæ rupi insistebat, Anglorum do-
 minio integram servaturum. Quapro-
 pter Joannes urbem in fidem suam rece-
 pit, ibidemque præsidii Præfectum con-
 stituit. Nihilominus Fuxi Comes, licet
 Eleonoram Navarræ Regis Filiam duxis-
 set, proin illius gener esset, soceri tamen
 sui utilitatem neglexit, ac regii potius
 mandati memor urbem obsidione cinxit.

Rex

Rex Navarræ urbem penuria frumenti, Sæcul. XV.
 ac commeatus laborare edoctus, cum A. C. 1449.
 copiis suis accurrit, opem laturus, jam-
 que eo penetraverat, ut secundo tantum
 lapide ab urbe distaret. Ast cum hosti-
 bus resistendo impar esset, suumque ge-
 nerum, qui plus Regi, quam sanguini
 deferebat, nec armis cogere, nec preci-
 bus ad solvendam obsidionem flectere
 posset, obsessi de conditionibus dedendæ
 urbis agere compulsi sunt. Igitur Fu-
 xensis Comes primum oppidum, paulo
 post arcem quoque suis armis subjecit,
 eodemque tempore Guisiam seu Guissan-
 tium castrum, quatuor leucis a Bajona
 distitum deditioe accepit, postquam
 oppugnantes non ita pridem tria Anglo-
 rum millia, quæ a Navarræ Rege, &
 Bajonæ Magistratu in auxilium missa fu-
 ere, trucidassent.

§. XV.

Gallorum Victoriæ in Normannia.

Nec minus prospero Marte in Perchi-
 ensi agro, atque Normannia dimi-
 carunt Galli. Ineunte enim Mense Au-
 gusto Vernolum, arcem Franciæ longe
 munitissimam occupabant, molitoris ope-
 ra usi, qui verbera, quibus ab Anglis li-
 beraliter excipiebatur, ulturus per pistri-

Q 4

num